alterius praemissa tenenti et complenti, Vel illius Successorem ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex tunc recessu Sigillo ipso quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Suspaenere respondere Vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti Satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Seq ac Suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, eundem Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos Semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Evidentem, Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicatis Vel triplicatis Quarumvis Suspensionibus, fatalitatis Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Ossolinski Grochowskiemu Vendit.

1354 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Magnificus Stanislaus de Teczyn Ossolinski Magnifici olim Nicolai de eadem Teczijn Ossolinski Capitanei Krzyszynensis filius Sanus mente et corpore existens a Iuris Districtibus Fundis Iurisdictionibusq

Suis

quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi
Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum praesentem
attinet, seum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus to:
taliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam, libere pu:
blice ac perexpressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et
haereditaria infrascripta nimirum totas et integras Villas bina
Tropia(?) et Jamena(?) dictas in Terra et Districtu praesenti Praemyslien:
si jacentes et consistentes cum omni praemissorum Iure Dominio
proprietate, tituloque Venditoreo, omnibusque et singulis eorundem bono:
rum Villarum utrarumque utilitatibus, fructibus, proventibus, redditi
bus, commodis, emolumentis, obventionibus, tum curiis, Praediis
Praediolis, tabernis, molendinis, stagnis, piscinis, piscinulis, aquis a:
quarum decursibus, lacubus, paludibus, tum agris, pratis, campis,
pascuis, pascuariis, sylvis, Borijs, Gajis, nemoribus, indaginibus, rubetis, ve:
pretibus, mericis, virgultis, horreis, hofodys(?), hortis, pomarijs, apiariis,
apum mellificijs, sepibus, sepimentis, structurisque et aedificijs, qui
busvis, nec non subditis, cmethonibus, Hortulanis, inquilinis, aliisque
quibusvis incolis, bonorum praefatorum, Villarumque utrarumque tam in
eisdem bonis residentibus, quam alibi profugis, quorum repetendo:
rum facultas infrascripto Venditori per praesentes conceditur e(t)
eorundemque Villarum utrarumque subditorum ibidem degentium
laboribus, censibus, dationibus, vecturis, muniis, officiis et obse:
quiis quibusvis, attinentiisque et pertinentiis generaliter uni:
versis, nihil ex praemissis suprascriptarum Villarum utrarumque
Iuris dominij proprietatis, haereditatis ac cuiusvis competentiae
et praerogativae pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quo:
piam alio reservando seu excipiendo, sed omnibus in bonis ipsis
utrarumque Villarum in genere et singulis in specie comprehensis
generi per speciem et e contra in nullo derogando, verum ibi
late longe circumferentialiterque prout praefatarum utrarum:
Villarum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo

extendit et protenditur, et prout eadem bona Villarum Utrarumque ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque Concernebant ac eidem legitime serviebant, Jam ex nunc et defacto Generoso Georgio Michaeli de Grochowce Grochowski Venatori Terrae Premysliensis eiusdemque posteris pro summa Viginti Millium Florenorum Polonicalium Jam ex nunc per se Recognoscentem levata, de qua eundem Generosum Georgium Grochowski Venatorem Terrae Premysliensis praesentibus quietat.) Vendidit et resignavit, prout Vendit, et resignat praesentibus in Vim tamen Reemptionis seu sub pacto reemendi et rebo Vendendi; In qua quidem bona Villarum praefatarum Trojce et Jamna praesentibus Vendita idem Suprascriptus Recognoscens praenominato Generoso Emptori suo eiusque posteris Jam ex nunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit efficiere acceptandam. Per ipsum Generosum Georgium Grochowski Venatorem Terrae Premysliensis Emptorem suum eiusque posteros bona eadem Villarum Utrarumque praesentibus Vendita, cum Universis earundem Utilitatibus et Usufructibus, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice Utifruendi, ad suosque et suorum Successorum quosvis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter Convertendi, modo ac Jure Venditorio. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis praenominato Generoso Emptori suo inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius Successores in dictis bonis per se Recognoscentem Venditis et ratione earundem ab omni et quavis impetitione Juridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis Status et Sexus Cuiuscunque existentium eximenda in omni Judicio et officio.

et officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere evincere intercedere, et eliberare, indemnemq́ eum posteros reddere, nec non hæc eadem bona Villarum præfatarum per præsentes Vendita, ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super hæc eadem bona præsentibus Venditæ modo quovis cuiuscunq́ personarum factis et faciendis, tum etiam aquibusvis Citationibus in eadem bona Villarum præfatarum importatis et importandis, tum denique et perlatis processibusq́ Juris quibusvis in quovis puncto et gradu Juris dependentibus et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super præmissis bonis Villarum earundem præsentibus Venditarum perlatis et perducendis, emundare et eliberare, mundaq́ et libera semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam coram officio præsenti admissam in fundo bonorum præfatorum præsentibus Venditorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter admittere, datamq́ et admissa eadem possessionem et Usumfructum, præmissorum bonorum seu Villarum præfatarum quovis modo, tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumq́ Emptorem suum et illius Successores in præmissis omnibus præsentibus Venditis nullo modo inturbari. Ita ut idem Emptor suus, suis cum posteris, hæc eadem bona Villarum præfatarum Utrarumq́ præsentibus Venditis quiete et pacifice præsentis Inscriptionis Venditoriæ Vigore tenere habere et possidere queat, illisq́ uti frui possit perpetuo. Idq́ sub Vadio summæ Viginti Millium Florenorum Polonicalium per eundem Magnificum Recognoscentem sive eius successores, præno: minato Generoso Emptori suo aut eius posteris ob non Complectionem præmissorum omnium et singulorum tam [illegible] quam toties quoties opus fuerit [illegible] solvendarum [illegible],

bendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa Complenda. Citatus existens memoratus Recognoscens Magnificus Stanislaus de Tęczyn Ossolinski, Magnifici olim Nicolai de eadem Tęczyn Ossolinski Capitanei Krzyzynowski filius sive eius Successores, ad Instantiam Suprascripti Generosi Georgij Michaelis de Grochowce Grochowski Venerabili Sacri Præmysliensis Ecclesiæ filij sive eius posterorum, ad Officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, Sine Iuripariter respondere Vadium præfatum hac Inscriptioni præsenti Satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Sese ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, eundem Terminum primum peremptorium Vt et alios omnes exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos Semper peremptorios Vera infirmitate, pro maiori minorennitate, Successorum, Legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari ad Munimenta ad Quietorem, Vel aliis quibusvis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo ad quiuitationem præterea Vltra proximos Officij præfati Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo a præmissa omnia eadem Simplicibus, Vel Duplicatis, Quarumlibet Suspensionibus, fatalitis Iuris præscriptione Terrestri bello Conventione, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac Sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Bronicki et Woronicz mutuo se Quietant et Vnus Statuet Contentum

Comparens